**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

# Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

**Lugo, Juan**

**[S.l.], 1632-1633**

Sectio V.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

nam si corpus sit illud Ubi absque respectu ad aliud corpus poterit per illud poni in Vacuo & existat in nihilo. Ergo sicut in rigore loquendo Angelus non est in illo spatio imaginario sed habet tale Ubi simile alijs Ubicationibus quae pertinent ad talem classem, quam nos appellamus tale spatium imaginarium, ut supra explicuimus, sic non est Angelus in nihilo, improprie tamen sicut dicitur esse in Vacuo poterit dici esse in nihilo in sensu negativo non in sensu affirmativo, hoc est, non esse in aliquo, non vero esse positive in negatione, hoc est, impossibile, sicut de homine non existente dicimus vere quod sit nihil, hoc est, quod non est aliquid, non vero affirmative quod sit nihil, hoc est, negatio entis, id est, est falsum, ut constat.

# SECTIO V.

## Utrum Ubicatio Angelica sit intrinsece indivisibilis?

De hac re magna est controversia inter P. Vasquez et P. Suarez. ille in praesenti disp. 188 cap. 7 docet Ubicationem Angeli licet correspondeat spatio divisibili esse tamen intrinsece indivisibilem, et magnopere miratur quod aliqui poniant oppositum recipere in accidentibus spirituali. Suarez vero disp. 20 metaph. sect. 7 a num. 49 et disp. 40 sect. 8 num. 12 et disp. 51 sect. 4 num. 26 et 3 tomo in 3tiam partem disp. 48 sect. 1 et in praesenti lib. cap. 17 docet illam Ubicationem esse intrinsece divisibilem pro divisibilitate spatij quod occupat, quam sententiam sequitur etiam P. Harubal in praesenti disp. 154 cap. 1. Bubalus in praesenti disp. 7 et 52 lib. 2 quaesito 2 difficul. ultima, et alij recentiores communiter.

Ego quidem cum 2da sententia existimo imprimis possibilem esse talem Ubicationem Angelicam intrinsece divisibilem, quod idem de praesentia corporis Christi in Eucharistia dixi in tractatu de Eucharistia et de praesentia Animae rationalis in lib. de Anima. probant aliqui primo: quia ~~sicut~~ Ubicatio Angeli esset indivisibilis non posset Angelus moveri motu continuo successivo, quod est contra communem sententiam. Sequela probatur primo: quia non potest aliquid fieri per motum continuum nisi habeat plures partes quae respondeant diversis partibus motus, sed Angelus potest moveri motu continuo et paulatim acquirere locum & illa praesentia localis quae acquiritur per huiusmodi motum habet diversas partes, ita Arubal loco citato.

Alij 2do aliter probant eandem sequelam: quia si praesentia Angeli esset intrinsece indivisibilis per motum successivum Angelus acquireret infinitas praesentias, nullo nexu inter se copulatas, nam si illae praesentiae inter se copulatae essent iam praesentia Angeli esset extensa et divisibilis in partes intrinsecas, quod est contra. esset infinita praesentia probatur: quia esset tot quot sunt partes proportionales in spatio.

Alij 3tio probant eandem sequelam: quia si praesentia Angeli esset indivisibilis produceretur tota simul & immediate post instans non posset produci nova praesentia sed deberet retineri praecedens absque ullo motu, nam si immediate post instans produceretur alia illa eadem deberet durare tempore ut incipiat intrinsece in tempore

& illo

et illo tempore non esset motus sed quies in illa eadem praesentia quae immediate post instans producitur et interrumpitur motus; ita Suarez in praesenti dicto cap. 17 num. 8. ad quod adducit exemplum unionis inter animam rationalem et materiam primam quam unionem supponit esse spiritualem, et tamen debere esse divisibilem pro divisibilitate corporis per eandem rationem, quia aliter non potest dari in homine motus augmentationis continuus, quia in singulis instantibus daretur unio totaliter diversa, atque adeo daretur intra horam infinitae uniones, tum quia unio producta immediate post instans deberet durare in tempore aliquo, atque adeo toto illo tempore cessaret motus augmentationis

Ego tamen non utor libenter hoc toto argumento, quia tota haec difficultas oritur ex compositione continui, atque ideo non videtur esse specialis, sed communis ad alias materias in quibus ab omnibus solvi debet, nam quicquid sit de ubicatione Angeli negari non potest ubicationem puncti debere esse indivisibilem, de illa autem potest fieri eadem argumentatio ad probandum punctum non moveri continue successive quando movetur tota quantitas, quasi punctum movetur in continuo et terminus illius motus est aliquid divisibile et praesentia quam punctum acquirit per motum est divisibilis et extensa, item quia in fine horae punctum haberet infinitas praesentias adaequate distinctas singulas in singulis instantibus et non copulatas inter se, quia instans non sequitur immediate post instans, item illa ubicatio quam punctum acquirit immediate post instans deberet eadem durare in tempore et eo tempore interrumperetur motus etc.

Eadem difficultas potest fortasse proponi circa praesentiam totius corporis humani v.g. nam licet illa sit divisibilis, et tamen adaequata corpori, ita ut non faciat praesens corpus maiori spatio quam sit ipsum corpus, de illa ergo praesentia inquiri potest an praesentia quam habet corpus per motum successivum [illegible] maius spatium vel solum adaequale, si est adaequale et quiescit corpus in eodem spatio et non movetur, si vero est ad maius spatium et non facit praesens corpus spatio adaequato ipsi corpori, item in fine horae oportet quod hoc habuerit infinitas praesentias adaequate distinctas et non copulabiles singulas in singulis instantibus horae. denique praesentia quam accipit immediate post instans debet eadem durare in tempore et quiescit hoc in illa per aliquod tempus, quod est falsum, nam semper variatur successive tota illa praesentia et totaliter, non est praesens variari quoad partem quin varietur tota et nihil maneat praecedentis, nam licet corpus maneat adhuc quoad aliquam partem in aliqua parte spatii praecedentis, non tamen per aliquam partem praesentiae praecedentis, quaecunque enim variatio fiat in praesentia provenit ex eo quod aliqua pars corporis non sit iam in eadem parte spatii in qua erat prius, eo autem ipso debuerunt omnes partes corporis variare spatium suum (alioquin dissolveretur unio inter partes) et per consequens debuerunt variare singulae suas praesentias, atque adeo debuit omnino perire praesentia praecedens quae nihil aliud erat nisi omnes illae ubicationes partiales singularum partium, cum ergo successive fiat variatio aliqua in ea ubicatione successive etiam variabitur totaliter, ita ut nihil prorsus maneat praesentiae praecedentis et nulla praesentia

perseverat

pſeverat etiam quoad partem ſui, ſi ergo illa pſentia quæ producit in tem=pore immediate post instans durat in tempore debet cessare motus, ut probabat contra Ubicationem indivisibilem Angeli.

Itaq ad illud argtm poſt adversarij utcunq respondere iuxta solutiones quas in alijs materijs afferunt Phi. ad pmam probaõem dicere poſſunt illam pſentiam quam Angelus hét in tempore eē quidem divisibilem successive, sicut ē Ubicatio puncti quando movet, n tn ~~indivisibilitate~~ partium quæ sint simul qua ē divisibilitas rerum mãalium.

Ad 2dam probaõem dicere poſſet eē quidem in hora tot pſentias quot st instantia, ē qd hét etiam punctum quando movet in hora, illas tn oēs pſentias facere unam pſentiam totalem successivam ꝯstantem ex illis oībs, quare si n repugnat infinitæ pſentiæ puncti in instantibs horæ, qa oēs integrant unam pſentiam totalem, successivam habitam in tota hora, ē si n repugnant infinitæ pſentiæ hōis in instantibs horæ quæ oēs st n coīcantes inter se, nihil ē pſentiæ quam habuit hō in uno instanti qd manet in alio, n ē cur magis repugnent illæ pſentiæ Angeli n coīcantes quæ st in oībs instantibs, nam oēs illæ simul cum Ubicaõibs quæ st in tempore integrant unam pſentiam successivam Angeli per totam horam.

Deniq ad 3tiam probaõem dicere poſſent pſentiam Angeli quæ producitur immediate post instans durarẽ quidem in tempore, cæterum sicut ipsum tempus n durat totum simul sed successive, sic pſentiam illam n durarẽ totã simul sed successive, hēt ē tot partes successivæ quot st in tempore, ē sicut in tempore n pt assignari pma pars quæ sit tota simul ē quæ n poſſit dividi in priorem ē posteriorem, sic in illa pſentia n pt assignari una pars seu una pſentia quæ sit tota simul ē quæ n ꝯtineat plures quarum quælibet ꝯtẽ pluribs alijs successivis, qd licet sit difficile, n tn apparet maior difficultas in hoc quam in ipso tempore ē alijs entibs successivis, ~~[illegible]~~ cum illa etiam pſentia quæ pt in tempore sit ens successivum ē sequat quoad hoc functiones aliorum entium successivorum, propterea n vtor hoc pmo argto ad probandam ꝯclusioem positam.

Alij ergo probant 2do eandem ꝯclusioem: qa Ubicatio ē essentialiter ē affixa spatio qd respicit, ita ut neq de pōa Dei absoluta poſſit hoc Ubi transferri ab hoc spatio ad aliud, ergo Ubicatio quæ respicit hanc partem spatij n pt eadem eē in alia parte spatij, sed hæc pars Ubicaõis debet eē affixa huic spatio partiali ē illa pars Ubicaõis illi spatio partiali.

Hoc etiam argtm nimis probat, qa probaret neq pōam Dei absoluta poſſe dari Ubicaõem indivisibilem per quam coexistit pūus spatio divisibili, qd quidem mihi videt difficile, nam Ubicatio intrinseca Dei seu immensitas facit essentialiter Deum pſentem spatio divisibili, ut ꝯstat, cum tn ipsa sit intrinsece indivisibilis, ergo n repugnat ex terminis aliquam fōam seu pſentiam indivisibilem respicere

essentialiter

eētaliter spatium diuisibile, ratio a. ē, qa licet Vbicaō n̄ poſt n̄ ēē in spatio qd
eētaliter respicit, ē licet n̄ poſt ēē in alio spatio qd eētaliter n̄ respiciat, pt
tn̄ eādem Vbicaō respicere eētaliter plura spatia partialia, ita vt in singulis
partibq illiq spatij sit tota, dicitur a. ēē eētaliter affixa suo spatio, ita vt n̄ poſt
auferri ab illo, aut etiam ad summum n̄ poſt ēē extra illud, qd totum verificari
poēt de Vbicaōe indiuisibili respiciente spatium diuisibile.

His ergo argtis omissis, ſētio nrā probari pt: qa n̄ apparet repugnan-
tia aliqua in tali Vbicaōe diuisibili, nam imprimis diuisibilitas vt sic n̄ oppo-
nit cum accidente spirituali cum dentur de facto habitq ē actq spirituales diui=
sibiles secundum intensionem, qd vero hæc diuisibilitas sit etiam secundum
extensionem n̄ videt obstare, qa dēbuit repugnare pt repugq entis immālis qui vi=
detur consistere sufficienter in carentia molis quantitatiua, quæ ~~tant~~ affert secum
n̄ quamcunq diuisibilitatem sed cum mole illa seu impenetrabilitate cum alia
re quanta, qualem impenetrabilitatem n̄ ht hæc Vbicaō, cum poſt penetrari cum
quolibet corpore & cum qualibet Vbicaōe alterius Angeli; confirmatur pt exemplo
āīæ raōalis, n̄ e. videt credibile qd quando hōs quiescit, si moueat minima pars
digiti in pede, deperdatur tota Vbicaō intrinseca quam ht āīa in spatio totiq corporis
ē producatur alia de nouo, verius ergo videtur qd perdat solum Vbicaōe quam
habebat in illo spatio retentis reliquis partibq illiq pñtia.

Obijci pt: poē reperiri aliqd ens spirituale, qd tn̄ ex nāā sua hat
omnimodam impenetrabilitatem cum oī corpore quanto & illa impenetrabilitas
n̄ ē passio rei māalis. Ans pbt: qa cognitio qua Angelq v.g. euidenter cogno-
sceret nullum ēē corpq tunc ibi vbi ēēt ipse Angelq, cum quo Angelq eēt in
spatio imaginario prout potuit creari, illa, inquam, cognitio ex nāā sua ht
qd nunquam sit penetrata cum alio corpore, alioquin n̄ fuisset euidens sed
falsa, & illa cognitio ex nāā sua ht qd n̄ poēt penetrari cum aliquo corpore
quamuis accidens spirituale. nec dicas eandem cognitionem poē postea per-
seuerare veram licet iam adsit aliqd corpq ibi, eo qd semper affirmet absentiam
corporis pro pmo instanti, qd sufficit ad eiq veritatem, hoc, ~~dic~~ inquam, n̄ satis=
facit, qa suppono actum cognitionis in mea sentia ēē actionem identificatam
cum sua duraōe, atq ideo ēē intrinsece successiuum, sicut oīs duraō creata ē
intrinsece successiua, n̄ ergo potuisset pseuerare idem actq postea quoad enti=
tatem pmæ partis quam habuit.

R. in impenetrabilitatem quam illa cognitio haberet cum cor=
pore quanto n̄ ēē illam quæ propria rei māalis, hoc e. ē repugnantia qua
vnum corpq impedit pñtiam alteriq, atq adeo ht vim ad eādam expulsionē
alteriq ē ad resistendum ne ingrediatur, at verò cognitio illa nullam ~~tā~~ talem vim
haberet, sed ideo n̄ poēt ēē simul cum corpore, qa supponeret absentiam oīs cor-
poris alicuius eādam, atq ideo illa n̄ eēt propria impenetrabilitas, quæ
videtur sonare carentiam virtutis in corpore ad acquirendam pñtiam
in illo spatio

in illo spatio ē virtutem in re impenetrabili ad eādam penetraōem actu=
alem, sed magis ēet effectꝰ impenetraōis actualis quam necessario suppone=
ret ab alio eādam ut pōt exibere talis cognitio.

Adverte tn̄ hanc divisibilitatem Vbicaōis Angelicæ diverso modo
explicandam iuxta diversas sentias Phicas de compositione continui
nam iuxta sentiam coēm quæ illud componit ex partibꝰ divisibilibus
in infinitum, seqūenter dicendum ē Vbicaōem Angeli habere pōe eandem
compositionem ex partibꝰ divisibilibꝰ in infinitum, ita vt pars Vbicaōis
correspondeat parti spatij cum debita proportione; in alia vero sentia
minꝰ coēi quæ componit quantitatem pmanentem ex punctis finitis quo=
rum singula licet sint in sua entitate intrinsece indivisibilia, occupent
tn̄ spatium aliqd imaginarium tenuissimum divisibile maiꝰ vel minꝰ pro
maiore raritate vel densitate quam ht, in hac inquam sentia quam seqūen=
ter Vbicaō Angeli vel aīæ raōalis aut corporis Chri in Eucharistia debet habere ean=
dem compositionem intrinsecam ex pluribꝰ Vbicaōibꝰ partialibꝰ indivisibi=
libꝰ intrinsece quarum singulæ occupent spatium imaginarium tenuis=
simum sed divisibile, unde .a. debeat sumari spatium singularum illarum
Vbicaōum partialium indivisibilium, et seqūenter dici in Vbicaōe aīæ raōalis
singulis punctis maē ē quantitatis correspondere singulas psentias partia=
les ex parte aīæ, quarum singulæ correspondent spatio imaginario qd occupat
unum indivisibile maē, qa cum aīa nrā sit fōa corporis debet eiꝰ Vbicaō propor=
tionari Vbicaōi ipsiꝰ corporis, ut experientia cōstat qua videmꝰ eandem aīam in
corpore parvo occupare spatium longe minꝰ quam eadem postea occupet in
corpore grandiori. similiter dici pōt de Vbicaōe corporis Chri in Eucharistia
quæ hēt ut maēlis, limitatꝰ tn̄ Vbicaōem spiritualem, pt ergo dici qd corpꝰ Chri ibi tot
hēt Vbicaōes partiales indivisibiles quot st etiam indivisibilia realia in speciebus
sacramentalibꝰ, ita vt per singulas Vbicaōes partiales sit in spatio illo tenuissimo qd occu=
pat unum punctum reale quantitatis panis, qa corpꝰ Chri ibi accommodat se etiā
in ōibꝰ psentiæ specierum cum in parva hostia habeat parvam psentiam ē in mag=
na magnam. denīq de Vbicaōe Angeli qui n ht eiusmodi alligaōem ad quantitatem
dicipt eam pōe etiam ēe compositam ex partialibꝰ Vbicaōibꝰ indivisibilibꝰ pluribꝰ
vel paucioribꝰ pro arbitrio ipsiꝰ Angeli, ita ut in hac aula pōt ēe vel per unam
Vbicaōem indivisibilem qua reddat illum psentem toti huic spatio, vel per unam
compositam ex octabꝰ indivisibilibꝰ quarum qualibet faciat illum psentem
dimidio spatio aulæ vel per unam compositam ex 4 vel sex vel 7 vel 1000 vel
pluribꝰ prout ipse voluerit. cum .e. dixerimꝰ pōibilem ēe Vbicaōem simplicem
qua Angelꝰ sit psens spatio divisibili, ē pōibilem etiam ēe Vbicaōem composi=
tam qua sit psens eidem spatio, ē aliunde Angelꝰ n sit fōa corporis nec hēat
connexionem cum corpore, n apparet cur n pōt tota hæc divisibilitas vel indi=
visibilitas Vbicaōum refundi in eiꝰ voluntatem qua vult taliter vel taliter

se in loco

se in loco constituere, quando vero Angelus creatur vel movetur localiter a Deo
vel ab alio Angelo, tunc pertinebit etiam ad voluntatem Dei vel Angeli mo-
ventis talem vel talem ubicationem illi dare, a corpore autem ~~nempe~~ vel ab alio agen-
te inferiori moveri non potest Angelus, ut suppono, nec per se nec per accidens nisi imperare,
quatenus ad motum alicuius rei corporeae Angelus moveret se per pactum vel
decretum suo voluit illud corpus comitari, tunc autem Angelus ipse est qui vere
producit talem ubicationem.

2do principaliter contra conclusionem obiici potest: quia si potest reperiri divisibi-
litas extensiva absque impenetrabilitate, poterit etiam reperiri impenetrabili-
tas absque divisibilitate extensiva. Consequentia probatur: quia corpus quantum de facto habet
utrumque: constare ex partibus secundum extensionem et esse impenetrabile
cum alio corpore quanto. si ergo potest dari aliquod ens divisibile secundum ex-
tensionem quod non sit impenetrabile, cur non poterit Deus producere aliquod ens impe-
netrabile quod tamen non constet ex partibus secundum extensionem? nam sicut in
sententia probabili potest dari corpus simplex non constans ex materia et forma, licet corpora
quae nos experimur habeant eiusmodi compositionem, cur non poterit dari aliquod
corpus seu aliqua substantia impenetrabilis ex natura sua, licet non habeat eam compo-
sitionem ex partibus quam experimur in his corporibus sed sit simplex et
possit occupare spatium divisibile sicut Angelus?

Respondetur potest primo, transeat ad propositum pari posito tali gingentis, illud tamen
non esset corpus, quod nomine corporis intelligimus substantiam habentem partes impenetrabiles, licet
ergo haberet unam conditionem non esset corpus defectu alterius. Respondetur potest 2do negan-
do possibilitatem eiusmodi substantiae simplicis impenetrabilis ex natura sua,
quam repugnantiam aliqui petunt ex eo quod res indivisibiles possint esse in indi-
visibili spatio et penetrationem cum alio ente sibi coniuncto, quia indivisibile non est
in alio spatio diverso ab eo in quo pars, haec tamen responsio difficilis est, tum
quia difficile est quod indivisibile sit in spatio partis sibi coniunctae, nam instans
non coexistit parti temporis antecedentis, ut constat, sed est post illam, tum etiam
quia posset saltem fieri aliqua substantia indivisibilis exigens esse spatio divisibili
qualis sunt ubicationes possibiles Angeli indivisibilis ad spatium divisibile, illa ergo
substantia non posset penetrari cum alia, quia non posset esse in toto spatio alterius, quia
tamen nec unum corpus de facto penetrat cum alio per eandem rationem.

Melius fortasse colligi potest repugnantia aliunde, quia scilicet quantum ~~ipsi~~ obiici
potest ex aliis materiis tota ratio impenetrabilitatis in substantia corporea provenire
videtur ex periculo corruptibilitatis, quod vitare intendit per impenetrationem;
nam si res attente consideretur impenetratio fit per resistentiam qua unum corpus resis-
tit alteri ne sit in eodem loco simul cum ipso, haec autem resistentia sicut omnia alia ne-
cesse est quod fiat ad vitandum aliquod malum sibi immanens, non vero apparet quale ma-
lum timeat sibi cum corpus ex presentia intima alterius in eodem spatio, nisi quia timet
sibi ea via corruptionem, cum enim habeat materiam facile alterabilem et receptivam accidentium

contrariorum

stranorum, si posset ignis v.g. penetrari intime cum ligno, breuissime intro=duceret in materiam ligni qualitates suas et combureret totum lignum, et sic de alijs com=positis quae facillime corrumperentur ab agentibus fortioribus secum penetratis, oportuit ergo huic infirmitati subuenire muniendo singula corpora tanquam vallo et fossa impenetrabilitatis qua possent semper aduersarios aliquantum arcere, atque hac ratione eorum impetum et actiuitatem non parum infringere, dum ea necessariam distantiam non possunt nisi paulatim in partes magis intimas suam efficaciam penetrare, itaque sicut omnes materiae substantiales tuentur se substantiae vallo ab unione cum alia materia, ne detrimentum, quod una materia potest alteri afferre, impediendo eius operationes vel temperamentum, atque ideo prouisum sibi est et ut clausa intra domum suam atque opposita substantia propria quasi ferrea porta tueatur se et possit sola regnare cum ipsa, sic etiam substantia corporea, ob maiorem infirmitatem et maius periculum patiendi nimirum ab aduer=sarijs intimis, data est alia quasi substantia localis quae non solum prohibeat unionem realem, sed etiam praesentiam intimam alterius corporis et exercitat per se non solum in se esse sed etiam per se in loco absque omni alio corpore, quia non solum a corpore unito sed etiam a corpore intime praesente perditur opprimeretur, hinc ergo nosci videtur vis illa qua omnia corpora resistunt alijs quibuscunque ne unquam possint in eodem spatio collocari, quae si ita est apparet clare cur non possit esse substantia simplex impenetrabilis, illa enim cum simplex est non esset corrupti=bilis, atque ideo non timeret sibi periculum corruptionis a praesentia intima agentis stranarij, unde consequenter videtur obiter posse haberi ratio aliqua cur non possit dari corpus simplex carens materia et forma, neque etiam constans ex materia incorporali forma corrup=tibilis, quia nimirum si esset corpus deberet habere impenetrabilitatem quae datur in bonum ipsius corporis ut tueatur se a praesentia agentis stranarij intimi.

Dicet aliquis: posset esse aliquod compositum corruptibile licet non constaret ex partibus integrantibus, posset enim componi ex materia et forma corruptibili quarum qualibet non haberet partes secundum extensionem, huiusmodi autem compositum esset corruptibile, quia materia posset recipere accidentia strania quae disponerent ad aliam formam substantialem indiuisibilem etiam secundum extensionem, atque ideo illud compositum posset esse impenetrabile ut tueretur se a periculo corrup=tionis sibi imminentis, si omnia agentia strania possent cum illo intime penetrari et impenetrabilitas non arguit compositionem ex partibus secundum intensionem.

Respondeo illud compositum si esset indiuisibile secundum extensionem parum iuuaretur ab impenetrabilitate ad vitandam corruptionem, nam ab agente extrinseco immediate sibi approximato tangeretur immediate secun=dum totum suum esse cum enim non haberet partes totum illud esset in ultima sua superficie spatij, et consequens ut ibi introduceret accidens stranium introduceret in toto illo composito totaliter, et perinde esset ac si agens penetraret cum ipso, ut constat, nunc vero impenetrabilitas maxime conducit ad tuendas formas corruptibiles

stra vim

tra vim agentium extrariorum, cum oẽs partes interiores maneant distantes ab agente, et ab illis defendatur etiam partes exteriores ab agente sibi approximato, quā oẽs illæ partes per modum unius resistunt, ut experientia constat.

## SECTIO VI

## Alia dubia circa Ubicationem Angelicam.

Dubitatur primo: an Angelus per suam Ubicaoẽm pŏit ẽe ubiq.? Durandus in primo dist. 27 q. 1 videtur insinuasse partem affirmantem, dixit e. Angelum ẽe in loco per applicaoẽm virtutis ad operandum in actu primo circa aliud corpus qd̃ movere pŏt, quale cum Angelus singula corpora disiunctim pŏit in actu primo movere, consequens videtur qd̃ sit in illis oĩbus.

Contraria tn̄ sententia coĩs et certa e apud Theologos oẽs, videantur Suarez in prœm. lib. 4 cap. 1 num. 6 et seqq. Arubal disp. 143 cap. 2. colligitur a. ex Scriptura supponente Angelum indigere motu ad exequenda Dei mandata, ideo e. dicuntur descendere, et venire ad nos, ingredi, et egredi, et similia, unde SS. PP. probant Divinitatem Spiritus S. ex eo qd̃ sit ubiq., de Angelis vero fatentur eos n̄ replere oĩa loca, videantur eorum verba apud Suarez ubi supra.

Hinc infero prædictam doctrinam coĩem intelligendam ẽe n̄ solum de spatio imaginario, sed etiam de spatio reali, ita ut nullus sit Angelus de facto qui sit in toto spatio qd̃ occupat totus mundus, nam Patres de hoc potissimum spatio reali loquuntur, et id colligunt ex Scriptura docente Angelos venire de Coelo ad terram et ex uno loco in alium sc.: ex uno loco reali ad alium locum realem. sic loquitur Damascenus lib. 2 cap. 3 his verbis: nec e. in terra versantur cum in Coelo sunt, nec cum a Deo in terram mittuntur in Coelo manent. et quidem de supremis Angelis, qualis e. Seraphin, testatur Ambrosius lib. 1 de Spiritu S. cap. 10 n̄ posse extendi ad occupandum simul Coelum et terram, Seraphin, inquit, de loco ad locum transit, n̄ e. complet oĩa.

Infero 2do eam doctrinam loquendo de spatio imaginario intelligi quidem n̄ solum de facto sed etiam de pŏia Dei absoluta, ut nullus sit possibilis Angelus qui pŏit ẽe ubiq., id e. colligunt ex circumscripta naa Angeli quā petit ut loco etiam determinato circumscribatur. sic loquitur Theodoretus q. 3 in Genesim: qd̃ Angeli circumscriptam naam habeant nemo, ut arbitror, repugnabit, et quidem supposita coĩ sententia qd̃ n̄ pŏit dari infinita quantitas actu et categorematice a parte rei, id videtur consequenter dicendum, nam licet Ubicaō qua Angelus ẽet ubiq. n̄ ẽet proprie loquendo infinita in quantitate, quā n̄ sit divisibilis sed simplex et indivisibilis, de illa tn̄ fieri pŏet argumentum qd̃ fieri solet ad probandam repugnantiam corporis infiniti secundum magnitudinem, qd̃ pŏet ad Ubicaoẽm applicari hoc modo: si possibilis e Ubicaō ad oẽ spatium imaginarium, possibiles erunt aliæ duæ quæ ambæ simul adæquent totum spatium prioris Ubicaōis,

ponantur